



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.II. Die Chur-Bayerischen stellen solche auf weitere Behandlung; beharren auf Cession der Ober-Pfaltz an Bayern; der Schweden darauf ertheilte Erklärung in Causa Palatina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.
Febr.

Quarto, consentiunt Imperator & reliqui, quibus inde jus aliquod competit, ut totus Palatinatus Inferior, cum omnibus juribus & appertinentiis, quæ antiquitus ad eundem spectare dignoscuntur, eidem Carolo Ludovico, post præstitam Cæsari obedientiam, ac præsentis Conventionis rati- habitationem, plene restituatur: ita tamen, ut feuda interim, sive per Imperatorem, sive per Electorem Bavarix quibuscunque concessa, rata man- neant, atque Exercitium Religionis Catholicæ ibidem hætenus stabilitum, sal- vum & integrum permaneat, nec id immutare aut eliminare fas sit; Imprimis vero Monasterium Herd, in Præfectura Germersheim situm, Ordinis Canonicorum Regularium, item Monasterium Eufersthal, Ordinis Cisterciensium in eadem Præfectura situm, Capucinatorum in fundo ad dictum Monasterium Eufersthal, intra mœnia Civitatis Spiræ pertinenti, ædificatum, in suo statu, usu, possessione & Exercitio Catholicæ Religionis relinquatur, atque eorundem Abbates, Præpositi, Guardiani, Canonici, Monachi & Religiosi, nullatenus in rerum suarum administratione, per- ceptione & functione molestentur, aut turbentur, nullo unquam tempo- re, tum etiam, ut Libera Imperii Nobilitas per Franconiam, Sueviam & Tractum Rhenicum, & in districtibus appertinentibus, relinquatur in suo statu Immediato, neque contra Privilegia, Decreta, Rescripta & immuni- tates hætenus impetratas, a Domo Palatina imposterum ullo modo grave- tur, sed iisdem virtute præsentium, libere gaudeat atque fruatur. Deinde, quoniam Strata Montana antiquitus non ad hunc Palatinatum, sed indisputabili proprietatis Jure ad Electorem & Archi-Episcopatum Moguntinensem pertinet, & Anno demum 1463. pro certa pecuniæ summa, Palatinis, cum expresso pacto perpetuæ reuivitionis, impignorata fuit; Ideo conventum est, ut hæc Strata Montana, quemadmodum illa, decreto Ferdinandi II. Imperatoris, post proscriptionem Friderici Palatini, Eminentissimo quon- dam Domino Sweickardo, Electori Moguntinensi, restituta est; porro etiam irrevocabiliter penes ejusdem Successorem modernum, Dominum Electro- rem Anshelmum Casimirum, ejusque Archi-Episcopatum Moguntinen- sem, permaneat; modo idem pretium pignorationis sponte oblatum para- ta pecunia exsolvat.

1647.
Febr.

Quinto, teneatur Dominus Carolus Ludovicus pro se & hæredibus suis, in Palatinatu Inferiori sibi quomodolibet succedentibus, Palatinatu Superiori in perpetuum, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & masculi superfuerint, tum ipse tum ejus Fratres renunciare.

Quodsi contigerit, ut Linea Guilhelmiana prorsus deficiat, & Palatini masculi legitimi superfites sint, non solum Dignitas quoque Electoralis, quæ penes Duces Bavarix fuit, ad eosdem superfites Palatinos, pleno jure redeat, maneatque numerus Electorum septenarius, Octavo deinceps prorsus expungendo, sed etiam jam dicto casu, Palatinatus Superior ad eosdem su- perfites Palatinos redeat; ita tamen, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavarix, omnes Actiones & omnia Beneficia, quæ ipsis ratione meliorationum, vel ex aliis causis, in Superiori Palatinatu, velut feudo emittio, de jure competunt, salva & reservata maneat.

§. II.

Die Bayern
stellen solche
auf fernere
Handlung.

Die in solchem Aufsatz enthaltene Con- ditiones schienen denen meisten sehr hart zu seyn; daher die Bayersche Gesandten, sich unter der Hand, dahin äußerten, es wä- Bierdter Theil.

ren die letzten beyden Bedingnißen, wie auch, was das Religions-Wesen, die Berg-Strasse, Donaciones u. u. anbes- tresse, eine Materia transigibilis, und
N 2 würde

1647.
Febr.
Selbige be-
harren auf
der Ober-
Pfalz.

würde sich bey dem Fortgang der Tractaten schon finden: allein die Ober-Pfalz könte weder in totum, noch in tantum, von Bähern nachgelassen werden, weil selbige nicht nur mit unsäglichen Schulden vor sich behaftet, und deren Bezahlung der Pfalz-Heidelbergischen Linie unmöglich, oder wenigstens derselben solche Landschafft mit dergleichen Lasten wenig vorträglich

seyn würde, sondern auch Chur-Bähern, zu Erseh- und Bezahlung derer, an denen dem Käyser vorgeschossenen 13. Millionen, annoch schuldigen 6. Millionen, dannoch etwas haben müste ic.

1647.
Febr.

Hingegen stelleten die Schweden am 18. Febr. ihre Antwort, auf vorsehendes Project, wie sub N. I. folget, dahin aus: Der Schweden Erklärung in causa Palatina.

N. I.

Dictat. per Direct. Magdeb.
d. 19. Febr. Anno 1647.

Legationis Suedicæ Responsum ad Cesareanorum Propositionem, exhibitum
d. 18. Februarii 1647.

Quod causam Palatinam attinet, visum est ex re & tranquillitate Imperii, ut & hæc controversia absque ulteriori mora componeretur. Ideo Cæsaris & Imperii ac Coronarum consensu, conventum est.

Primo omnium, ut comprehendatur sub Amnestia per præsentem hunc tractatum Pacis Generalis sancita, eaque in omnibus ejus punctis ac clausulis plenissime fruatur universa Domus Palatina Electoralis, nec non omnes, quicumque sago vel toga ei inservierunt, Officiales, Consiliarii & Ministri, Vasalli, subditi, omnes & singuli, cujuscunque Ordinis ac Ministerii, sive sacri ac Ecclesiastici sive Politici, nullo excepto, in genere & in specie, tam quoad personas quam bona, non obstantibus, sed abolitis, & hac præsentis declaratione per expressum annullatis quibuscunque contrariis obtentis, aut factis hisce prioribus bellis Declarationibus, Decretis, Mandatis, Sententiis & Executionibus, nec non Pactis, Transactionibus, aliisque obligationibus belli occasione secutis, restituanturque omnes & singuli in eum statum, in quo ante exortum bellum Bohemicum fuerunt: Restituatur in specie Domus Palatina Electoralis, ac Serenissimus Princeps Elector, Dominus *Carolus Ludovicus*, ac Fratres ejus, quoad pristinas Dignitates, Privilegia, Bona ac Jura, quæ penes eandem ante hos motus Anno 1618. fuerunt; sint in eodem statu & jure, quo reliqui Electores & Principes Imperii, tam in Sacris quam Profanis, fruunturque Pace Religiosa ac juribus quibuscunque, quibus & reliqui Evangelici fruuntur in suis: ita tamen, ut Dignitatem Electoralem, sicut eam hæctenus Serenissimus Princeps, Dominus *Maximilianus*, Dux Bavarie, tenuit, imposterum quoque, quoad vixerit, possideat, teneat atque exerceat, cum omnibus Regaliis, Præcedentiis & Juribus.

Insuper cum Majestati Imperiali atque Ordinibus Imperii visum sit, ut communis per Imperium Pacis ac tranquillatis publicæ obtinendæ causa, Collegio Electorali, adjungatur Elector Octavus, obtineant hunc Electorum posterius Principis *Maximiliani* ac descendentes ex Linea Guilielmina, quibus extinctis, Octavo deinceps Electoratu sublato, numerus Electorum septenarius, in Aurea Bulla constitutus, maneat: sicuti etiam præcedentia omnia, absque præjudicio Aureæ Bullæ, Declarationum Imperialium, Investiturarum, Pactorum Familie & cæterarum Constitutionum debent intelligi, quibus hoc speciali & extraordinario casu nihil derogabitur.

1647.
Febr.

Secundo Serenissimus Princeps Elector Dominus *Carolus Ludovicus* per hunc tractatum Pacis Generalis, ad dignitates & bona, ad eum modum, qui tam in præcedentibus quam inferius declaratur, restitutus, Sacræ Cæsareæ Majestati atque Imperio, ea juramenti atque obedientiæ fidelitate, qua cæteri Electores ac Principes Imperii obligantur, sese devinciet, ac post obitum Serenissimi Principis Maximiliani, recipiat pristinum locum Dignitatis Electoralis, unâ cum omnibus Juribus, Officiis, Regaliis & Præcedentiis, atque in posteros suos ac successores transmittat; ita ut interea quoque temporis, ac durante vita Principis Maximiliani, juribus ac prærogativis ex dignitate Electorali promanantibus, non minus gaudeat ac fruatur.

1647.
Febr.

Tertio, restituatur Principi Electori *Carolo Ludovico*, ac Domui Palatinæ Electorali, totus Palatinatus Inferior, cum omnibus juribus, appertinentiis, ac Strata Montana, quam vocant, plene post conclusionem Pacis hujus conventionis Generalis, tam in Ecclesiasticis quam Politicis, sublatis quibuscunque dispositionibus, collationibus feudorum, ac concessionibus in contrarium factis, adeoque in eum statum cum omni causa redeat Domus Palatina, salvo tamen ejuscunque jure, quo ante hos motus fuit ac fruebatur. In cujus rei effectum non tantum Cæsarea Majestas auctoritatem suam, ac tam pro se, quam Rege Hispaniæ, consensum interponit, verum etiam reliqui, qui exinde juris aliquid prætere, aut sua interesse existimari possunt, consensum suum hisce declarant, iis, quæ hic statuta sunt, absque mora aut alia causatione parituri.

Quarto, similiter & ad eundem modum restituatur Domui Palatinæ Electorali Palatinatus Superior, excepto Dominio Chamb, ad fluvium Regen, relinquendo Domui Bavaricæ, ea conditione, ut pro æqua ac conveniente summa, absque restrictione temporis, vicissim relui possit.

Quo puncto, & pro informatione hoc dictum atque intellectum esse desiderant Palatini, etiamsi jure repetere possint, quicquid Domui Palatinæ ablatum est, nullo excepto, nec ad se pertinere existiment, quicquid circa obligationem certæ summæ pecuniariæ, inter inclytam Domum Austriacam atque Bavaricam, adeoque inter alios, actum est, nec ulla ratione immisceri se aut implicari posse contendant debito ad se non pertinenti, tum vel maxime illiquido, ac cui auctoritatem potius publicam Imperii opponendam esse putant; tamen ut ostendant, quanto teneantur tranquillandæ patriæ, Cæsareæque Majestati deferendi studio, ultra illud, quod Domus Palatina circa Dignitatem jam remittit, cedere eandem Domui Bavaricæ districtum illum Chambensem, vel ipsa Bavarorum contentione locupletissimum, ac vicissim expectare, ut Cæsarea Majestas obligatione sua liberetur, Eique Instrumenta super ea confecta restituantur, sine quo, repetitionis torius Palatinatus Superioris insistent.

§. III.

Der Kayserlichen und Bayerischen Antwort darauf.

Die Kayserlichen und Bayerischen ließen sich darauf sogleich in folgender Antwort hinwieder vernehmen, welche durch

den Kayserlichen Legations-Secretarium Schröder, denen Schweden am 21. Febr. 1647. insinuiert wurde.

N^o 3

Præs.